Badische Landesbibliothek Karlsruhe

Digitale Sammlung der Badischen Landesbibliothek Karlsruhe

Vitae Christi pars prima - Cod. Aug. perg. 22

[Reichenau ?], [15. Jh.]

Schmuckinitiale

urn:nbn:de:bsz:31-41594

Visual Library

invisibilia ac me miserum peccatorem inter
omnia creasti te adoro te laudo te glorifico
esto propicius michi peccatori et ne despi
cias me opus manuum tuarum sed salva
et adiuva me propter nomen sanctum tuum
opus manuum tuarum dextera corrige carnali
fragilitati succurre qui me fecisti refice in
fectum vicijs qui me formasti reforma
corruptum peccatis ut secundum magnam
misericordiam tuam salues animam meam in
secula Amen — De inventione remedij pro
salvatione generis humani et nativitate virginis Marie

In principio cum lucifer cre
atus esset erexit se contra
deum creatorem suum et
in ictu oculi de excelso celo
proiectus est in infernum
et ob hanc causam decrevit deus genus hu
manum creare ut per ipsum posset casum
luciferi et sociorum eius restaurare Verum quia
dyabolus homini invidens sibi insidiabatur
et ad precepti transgressionem ipsum inducere
nitebatur. Et quoddam genus serpentis quod
dicebatur quia tunc erectus gradiebatur et ca
put virgineum habebat In hunc fraudu
lentus deceptor intravit et per os eius lo
quens verba deceptoria mulieri narravit
ac eam decipiens super omne genus huma
num mortem induxit Et oportebat nos
ceterum infernum ingredi de quo non pote
ramus aliquo adiutorio eripi Sed tandem
pater misericordiarum et deus totius con
solacionis clementer respexit statum nostre
dampnacionis et nos a principio liberare
decrevit super quo nobis signum per olivam dedit
quam columba in archa inclusa afferebat
quia manum dei futuram inclusis in limbo procede
bat Non solum enim tunc quod in archa erat
inde promittebat sed et toti mundo signum sa
lutis in oliva dabat Et hac adeo deus per
monstravit nobis in multis alijs figuris
In principio autem condicionis nostre adam
in agro damasceno vir ex limo de terra for
matus et a domino in paradisum voluptatis
translato ac eva in paradiso de costa ade
dormientis facta et pro coniuge ei data ipsis quoque
primis parentibus in paradiso ad operandum
et custodiendum collocatis de hinc propter ligni
vetiti esum per diuini precepti preuaricationem
expulsis superna miseracio non deserit homines
miserie ad bonum per occultos instinctus nec
destitit hominem erudiendum ad primam
revocare spem venie dando per repromissum
salvatoris adventum Et ne forte per ignoranciam
et ingratitudinem tanta dei dignacio nostre
saluti foret inefficax in quibus humo seculi eta
tibus per patriarchas iudices sacerdotes reges
et prophetas ab abel iusto usque ad Iohannem
baptistam filij sui adventum prenunciare re
promittere et prefigurare non desinit ut per
multa milia temporum et annorum magnis et
variis multiplicatis oraculis et intelligen
ciam nos facilius ad fidem erigeret et affectum per
nimia et diuina desideria inflammaret unde
leo papa Cessent illorum querele qui de dominice nati
vitatis tarditate causantur tamquam preteritis
temporibus non sit impensum quod in ultima
mundi etate sit gestum verbi incarnacio hoc
contulit faciendum quod facta et sacramentum salutis
humane in nulla umquam antiquitate cessavit
quod predicaverunt apostoli hoc annunciaverunt
prophete nec sero est impletum quod semper est credi
tum Sapiencia vero et benignitas dei ac salu
tiferi operis mora capaciores nos sue vocationis
effecit ut quod multis signis ac multis voci
bus multis quoque misterijs per tot fuerat secula
inuntiatum in hijs evangelij diebus non esset am
biguum Et nativitas salvatoris tanto con
stanciorem in nobis gigneret fidem quanto predi
cacio eius antiquior precessisset et crebrior Non
itaque novo consilio deus humanis rebus nec sera
miseratione consuluit sed a constitucione mundi
unam eandemque omnibus causam salutis instituit
Gracia enim dei qua semper est universitas iusti